

# Chapter Eight

Dominus regnat; tremant populi; sedet super cherubim.

**Luke II; James II: 11 – 26; Caesar;  
Ten Commandments; The Church at Jerusalem; Livy; Hercules: The  
Fox and the Lion**

## I. Class Discussion

Magister: Dies festus appropinquat. Quae dies est?

Claudia: Est Iesus dies natalis.

Iacobus: Cantabimus-ne carmina?

Magister: Ita vero! Cantemus!

Omnes: (to the tune of **Joy to the World**<sup>1</sup>)

**Laetissimus, Accipiat, iam mundus Dominum  
Dum omnia in corda nos  
Accipimus, Illum (repeat)  
Accip Accipimus Illum.**

Magister: Hodie a Lucas legemus de natale Nostri Salvatoris.

## II. Lucas Chapter II

1. Factum est (*it came to pass*) autem in diebus illis exiit edictum a Caesare Augusto ut describeretur universus orbis
2. haec descriptio prima facta est praeside (*governor*) Syriae Cyrino
3. et ibant omnes ut profiterentur singuli (*each one*) in suam civitatem
4. ascendit autem Ioseph a Galilaea de civitate Nazareth in Iudaeam civitatem David quae vocatur Bethlehem quod esset (*was*) de domo et familia David
5. ut profiteretur cum Maria desponsata (*espoused*) sibi uxore praegnate
6. factum est autem cum essent (*were*) ibi impleti sunt dies ut pareret (*give birth*)
7. et peperit (*gave birth*) filium suum primogenitum et pannis (*rags, cloths*) eum involvit et reclinavit eum in praesepe (*manger*) quia non erat eis locus in diversorio
8. et pastores erant in regione eadem vigilantes et custodientes vigilias noctis supra gregem (*flock*) suum

---

<sup>1</sup> from <http://www.dl.ket.org/latin1/things/song/songs1.htm#God>

9. et ecce angelus Domini stetit inter illos et claritas Dei circumfulsit (*shone round about*) illos et timuerunt timore magno
10. et dixit illis angelus, "Nolite timere! Ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo,
11. quia natus est vobis hodie salvator qui est Christus Dominus in civitate David.
12. Et hoc vobis signum invenientis infantem pannis involutum et positum in praesepio."
13. Et subito facta est cum angelo multitudo militiae caelestis laudantium Deum et dicentium,
14. "Gloria in altissimis Deo et in terra pax in hominibus bonae voluntatis."

### III. Bible: James 2: 11-26

**A. Scripture.** The Book of James was written to the Christian Jews. They were already believers, saved by faith, but unto good works.

Est facile nos dives proferre et pauperes spernere. Est nihil bonorum de id. Recta est: omnibus aequè bonum facite. Dei mandatum nos docet: diligite vestrum proximum sicut teipsum.

11 Qui enim dixit, "Non moechaberis," dixit et, "Non occides." Quod si non moechaberis occides autem factus es transgressor legis.

12 Sic loquimini et sic facite sicut per legem libertatis incipientes iudicari

13 Iudicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam, superexultat autem misericordia iudicio.

14 Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides salvare eum?

15 Si autem frater aut soror nudi sunt et indigent victu cotidiano,

16 dicat autem aliquis de vobis illis, "Ite in pace; calefacimini et saturamini," non dederitis autem eis quae necessaria sunt corporis, quid proderit?

17 Sic et, fides si non habeat opera mortua est in se-met<sup>2</sup> ipsam.

18 Sed dicit quis<sup>3</sup>, "Tu fidem habes et ego opera habeo. Ostende mihi fidem tuam sine operibus et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam."

19 Tu credis quoniam unus est Deus. Bene facis. Et daemones credunt et contremescunt

20 Vis autem scire, o homo inanis, quoniam fides sine operibus otiosa est?

21, 22 Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius et ex operibus fides consummata est.

23 Et suppleta est Scriptura, dicens, "Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad iustitiam et amicus Dei appellatus est."

24 videtis quoniam ex operibus iustificatur homo et non ex fide tantum

25 Similiter autem et Raab meretrix nonne ex operibus iustificata est suscipiens nuntios et alia via eiciens?

26 Sicut enim corpus sine spiritu emortuum est ita et fides sine operibus mortua est.

#### Recognition Vocabulary

**consum'mo, -a're, -a'vi, -a'tus**, *bring to perfection.*

**contre'mesco, contremes'cere, contre'mui**, *tremble all over, shake violently.*

**cotidia'no** adverb, *daily.*

**ina'nis, inan'is, ina'ne**, adj., *foolish, empty.*

**indi'geo, indi'gere, indi'gui**, - *need, lack, require* (w/genitive or ablative).

**mere'trix, meretri'cis**, f., *harlot, prostitute.*

<sup>2</sup> **semet** = **se** + **met**, *itself.*

<sup>3</sup> **quis** = *any man.*

**moe'chor, moecha'ri, moecha'tus sum**, DP, *commit adultery*.

**num'quid**, question expecting the answer "no".

**occi'do, occi'dere, occi'di, occi'sus**, *kill, murder*.

**otio'sa**, adjective, *useless*.

**pro'sum, prodes'se, pro'fui, profutu'rus**, *profit, be of use* (with dative).

**repu'to, reputa're, reputa'vi, reputa'tus**, *think over, reflect, reckon*.

**supple'o, supple're, supple'vi, supple'tus**, *supply, fulfill*.

**B. What does it mean? Faith or Works?** A controversy abounds in the Christian church today. Are we saved by Faith alone, or by Faith plus Works? This is a topic for discussion, but your author believes that our faith in Christ's work saves us, and then we are expected to do good works. Discuss this with your teacher and parents.

**IV. Caesar [10] and [11]** In these passages, Caesar recognizes the threat which still exists from the Helvetian tribe as they continue with their plans to cross the Roman province.

Mark on your map the passage the Helvetians were planning to take. Locate the route on your map.

**A. Caesar [10].**

[10] Caesari renuntiatur Helvetiis esse in animo per agrum Sequanorum et Haeduarum iter in Santonum fines facere, qui non longe a Tolosatium finibus absunt, quae civitas est in provincia. Id si fieret, intellegebat magno cum periculo provinciae futurum ut homines bellicosos, populi Romani inimicos, locis patentibus maximeque frumentariis finitimos haberet. Ob eas causas ei munitioni quam fecerat T. Labienum legatum praeficit; ipse in Italiam magnis itineribus contendit duasque ibi legiones conscribit et tres, quae circum Aquileiam hiemabant, ex hibernis educit et, qua proximum iter in ulteriorem Galliam per Alpes erat, cum his quinque legionibus ire contendit. Ibi Ceutrones et Graioceli et Caturiges locis superioribus occupatis itinere exercitum prohibere conantur. Compluribus his proeliis pulsus ab Ocelo, quod est oppidum citerioris provinciae extremum, in fines Vocontiorum ulterioris provinciae die septimo pervenit; inde in Allobrogum fines, ab Allobrogibus in Segusiavos exercitum — ducit. Hi sunt extra provinciam trans Rhodanum primi. —

**The word order is changed for you.**

[10] Renuntiatur Caesari, esse Helvetiis in animo, iter facere per agrum Sequanorum et Haeduarum in fines Santonum, qui absunt non longe a finibus Tolosatium, quae civitas est in provincia. Si id fieret, intellegebat futurum cum magno periculo provinciae ut haberet bellicosos homines, inimicos Romani populi, finitimos locis patentibus — que maxime frumentariis. Ob eas causas praeficit T. Labienum legatum ei munitioni quam fecerat; ipse contendit in Italiam magnis itineribus — que ibi conscribit duas legiones et educit ex hibernis tres, quae hiemabant circum Aquileiam, et qua iter erat proximum in ulteriorem Galliam per Alpes, contendit ire cum his quinque legionibus. Ibi Ceutrones et Graioceli et Caturiges, superioribus locis occupatis, conantur prohibere exercitum itinere. His pulsus compluribus proeliis pervenit ab Ocelo, quod est extremum oppidum citerioris provinciae, in fines Vocontiorum ulterioris provinciae septimo die; inde in fines Allobrogum; ducit exercitum ab Allobrogibus in Segusiavos. Hi sunt primi extra provinciam trans Rhodanum.

**B. Translate orally or on paper.**

1. What do you intend<sup>4</sup> to do? 2. We know it is with great danger to the province<sup>5</sup> to have the Helvetians for neighbors. 3. <sup>6</sup>If you should do this, Caesar would <sup>7</sup>put Labienus in command of the province. 4. For these reasons he intends<sup>8</sup> to hasten into Italy. 5. He had been wintering in Further Gaul. 6. Enemies of the Roman people had seized the higher positions. 7. What fortification was Labienus put in command of? 8. Three legions were enrolled (conscripted) there. 9. These were defeated<sup>9</sup> in battle. 10. On the fourth day he<sup>10</sup> arrived at Ocelum.

### C. Caesar [11] .

Helvetii iam per angustias et fines Sequanorum suas copias traduxerant et in Haeduum fines pervenerant eorumque agros populabantur. Aedui, cum se suaque ab iis defendere non possent, legatos ad Caesarem mittunt rogatum auxilium: ita se omni tempore de populo Romano meritos esse ut paene in conspectu exercitus nostri agri vastari, liberi [eorum] in servitatem abduci, oppida expugnari non debuerint. Eodem tempore Aedui Ambarri, necessarii et consanguinei Aeduorum, Caesarem certiore faciant sese depopulatis agris non facile ab oppidis vim hostium prohibere. Item Allobroges, qui trans Rhodanum vicis possessionesque habebant, fuga se ad Caesarem recipiunt et demonstrant sibi praeter agri solum nihil esse reliqui. Quibus rebus adductus Caesar non expectandum sibi statuit dum, omnibus, fortunis sociorum consumptis, in Santonos Helvetii pervenirent.

#### The word order is changed for you.

Helvetii iam transduxerant suas copias per angustias et fines Sequanorum et pervenerant in fines Aeduorum, -que populabantur agros eorum. Aedui, cum possent non defendere se que sua ab his, mittunt legatos ad Caesarem rogatum auxilium; "se omni tempore meritos-esse ita de Romano populo, ut paene conspectu nostri exercitus, agri debuerint non vastari, liberi eorum abduci in servitatem, oppida expugnari." Eodem tempore quo Aedui, Ambarri quoque, necessarii et consanguinei Aeduorum, faciunt Caesarem certiore sese, "agris depopulatis, non facile prohibere vim hostium ab oppidis." Item possessiones trans Rhodanum, recipiunt se fuga ad Caesarem; et demonstrant, nihil reliqui esse sibi praeter solum agri. Aductus quibus rebus, Caesar statuit non expectandum sibi dum, omnibus fortunis sociorum consumptis, Helvetii pervenirent in Santones.

---

<sup>4</sup> Similar to Ex. [7] note 4. *It is in mind to you.*

<sup>5</sup> *that we may have*, a Result Clause.

<sup>6</sup> A conditional sentence. Similar to **Id si fieret**.

<sup>7</sup> *put in command of* = **praeficio**, followed by dative case.

<sup>8</sup> After an expression has been commented on several time, it may not be referred to again in the notes.

<sup>9</sup> Ablative of Means.

<sup>10</sup> *came through to*.

**D.** Translate orally or on paper.

1. Ambassadors were sent <sup>11</sup>to ask for aid. 2. Our towns ought not to be laid waste; our towns <sup>12</sup>ought not to have been taken. 3. Since<sup>13</sup> we could not defend ourselves, we asked for aid. 4. Our fields have been devastated almost in the sight of Caesar. 5. Have not our children been led into slavery? 6. They said that their children <sup>14</sup>had been led into slavery. 7. We have <sup>15</sup>nothing left except our villages. 8. <sup>16</sup>We must not wait; you must not wait; they must not wait. 9. Labienus,<sup>17</sup> inform Caesar that you will not wait. 10. He decided that he must not wait <sup>18</sup>till all the resources of his allies were exhausted.

**Report Topic:**

In what ways were Alexander the Great and Caesar alike?

## **V. The Ten Commandments—Exodus 20**

### **A. The Law**

2 Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo servitutis.

3 Non habebis deos alienos coram me.

4 Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in caelo desuper, et quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra.

5 Non adorabis ea, neque coles: ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam et quartam generationem eorum qui oderunt me:

6 et faciens misericordiam in millia his qui diligunt me, et custodiunt praecepta mea.

7 Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum: nec enim habebit insontem Dominus eum qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.

8 Memento ut diem sabbati sanctifices.

9 Sex diebus operaberis, et facies omnia opera tua.

10 Septimo autem die sabbatum Domini Dei tui est: non facies omne opus in eo, tu, et filius tuus et filia tua, servus tuus et ancilla tua, jumentum tuum, et advena qui est intra portas tuas.

11 Sex enim diebus fecit Dominus cælum et terram, et mare, et omnia quæ in eis sunt, et requievit in die septimo: idcirco benedixit Dominus diei sabbati, et sanctificavit eum.

---

<sup>11</sup> Express this as a purpose clause as it is done in the Latin passage.

<sup>12</sup> Put *ought* in the perfect indicative, and *to have been stormed* in the present passive infinitive.

<sup>13</sup> **Cum** causal; follow **cum** with the pluperfect subjunctive form of the verb **possum**.

<sup>14</sup> Subject Accusative.

<sup>15</sup> *nothing of left* or *nothing of remaining*.

<sup>16</sup> Passive Periphrastic. *It must not be waited by us* (dative of agent).

<sup>17</sup> The vocative case seldom stands at the beginning of the sentence.

<sup>18</sup> Similar construction to **dum...pervenirent**.

12 Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longaevus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

13 Non occides.

14 Non moechaberis.

15 Non furtum facies.

16 Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

17 Non concupisces domum proximi tui, nec desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia quae illius sunt.

### **B. The Law revisited.**

1. Why did God give us the ten commandments? 2. Although we are not saved by following them, should we follow them today? 3. Since Christians are saved by grace and faith, who are the commandments for in today's world?

## **VI. Reading Lesson**

### **Ecclesia ad Hierosalym**

Postquam Petrus et Ioannes a carcere ab angelo, qui a Deo mittebatur, liberati sunt, omnia paulo requievit. Apostoli et discipuli nesciverunt si diu placide manebit, sed sciverunt tandem placide non erit. Intellexerunt Sanhedrin non desistere priusquam apostolos et omnes hos novos creditores necaverant.

Congregatio in Hierosalym maxima etiam celerrime esse auxerant et celeriter adhuc augebat. Sciverunt<sup>19</sup> constitutio faciendum sibi. <sup>20</sup>Una orabant, rogantes Deum ut fortes et audaces eos faciat, et auxilium Eius dum ecclesiam statuebant. Cum orationes suas conficerent, terra sub suos pedes quatebat et iterum repleti sunt Spiritu Sancto. Audacem accepti sunt, quam requirebant ut de Verbo Dei narrarent et Eius ecclesiam instituerent.

Multitudinis autem credentium erat anima una. Nec quisquam eorum quae possidebant aliquid suum esse dicebat sed erant illis omnia communia. Et virtute magna dederant apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini et gratia magna erat in omnibus illis.

Quoniam crediderunt Hierosalym salym generationem unam delendam esse, possessores agrorum aut domorum omnes vendere constituerunt. Ferebant pecuniam quae acceperant vendendo et eam ponebant ante pedes apostolorum, qui dividebantur singulis prout<sup>21</sup> cui opus erat.

Beniamen ab Arimathea, filius Ioannae, cum Tito in Bethania visitabat. Mane in Hierosalym iverant ut ad novam ecclesiam adiuverant. Ita erant dum multo die. Aquila erat laeta quoniam duo adulescentes e suo

---

<sup>19</sup> Cf. Note 6, Ex. III D. **constitutio** = *organization*.

<sup>20</sup> **una** = *as one, together*.

<sup>21</sup> Dative of Possession.

tempore libenter dare volebant, adiuvantes novam ecclesiam. Postmodum vespere, duo adolescentes redierunt ad Bethaniam, excitatissimi.

Aquila et puellae et Clara cibum cenam parabant. Fidelius et Ioannes domum mox erunt.

“Auscultandum est tibi quid factum est hodie!” clamavit Titus.

“Num<sup>22</sup> degere potes dum tuus pater hic est ut auscultet etiam? Is et Ioannes mox expectantur, “inquit Aquila. “Ite, vos duo pueri, et lavate pro cena.”

Duo adolescentes adhuc lavabant ubi Fidelius et Ioannes etiam venerunt ut lavarent.

“Vestra mater mihi narrat ut vos adolescentes hodie excitatum diem agebant. Mihi de eo per cenam narrare potestis,” inquit Fidelius.

Cum omnes circum mensam<sup>23</sup> sessi essent et benedictio pro cibo dicta esset et omnes suam cenam dati essent, Fidelius dixit, “De, pueri, vestra die nobis narrate.”

Titus incipiebat, “Nonne vos omnes hominem Ananias et sua uxor Sapphira cognoscunt?”

Omnes consensu<sup>24</sup> nuebant.

Titus continuebat, “Ananias cum Saffira sua uxor agrum vendiderant. Ananias venit et pecuniam apostolis dedit. Sed, omnem pecuniam apostolis non dedit, quae a veni agri acceperat. Atqui eis narrabat se omnem pecuniam eis dedisse, sed sibi nonnullam adtinuit.

“Tum dixit Petrus Anania, ‘Cur temptavit Satanias cor tuum mentiri te Spiritui Sancto et fraudare de pretio agri? Nonne postquam venitus est, in tua potestate manebat? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non<sup>25</sup> mentitus es hominibus sed Deo.

Audiens autem haec verba Ananias cecidit et exspiravit. Et factus est timor magnus in omnes qui audierant. Surgentes autem ego et Beniamen cum nonnulli alii adolescentes eum amoverunt et eum efferentes sepelimus. Narra, Beniamen, reliquas.”

Beniamen dicere incipiebat, “Factum est autem quasi horarum trium spatium et uxor ipsius Saffira nesciens quod factum fuerat introit.

“Ei Petrus inquit, ‘Dic mihi si tanti agrum vendidistis.’ Et illa dixit, ‘Etiam tanti.’

“Tum Petrus ei dixit, ‘Quid accidit vobis temptavisse Spiritum Domini?’

Laborabamus extra ianuam apertam et omnia audiebamus. Petrus ad nos indicabat et ei dixit, ‘Ecce! Pedes eorum qui sepelierunt virum tuum ad ostium sunt, etiam efferent te.

Tum cecidit ante pedes eius et exspiravit sicut eius vir. introivimus et illam mortuam et extulerunt et ad virum suum sepelimus.”

---

<sup>22</sup> **dego, degere, degi**, *to wait*

<sup>23</sup> Pluperfect Passive Subjunctive.

<sup>24</sup> **nuo, nuere, nui, nuius**, *nod*.

<sup>25</sup> **mentior, mentiri, mentitus sum**, DP, *lie*.

<sup>26</sup>Factus est timor magnus in omnes populos qui creditors non sunt," inquit Titus.

"Hoc tempore vere nos terret!" exclamavit Beniamen.

"Omnes fuimus creditors paene e principio. Multa et mira vidimus quae per potestatem Fili et Spiritus Sancti facta sunt. Etsi vos illo tempore terret, memoria vobis tenendus est nos vivere tempus ubi multa signa et miracula inter homines ab apostolis facientur. Parandum est vobis ut plus horum videatis et ab eis non terrebitis," dixit Fidelius.

Itaque factum est sicut Fidelius dixerat. Manibus apostolis multa signa et miracula facta sunt inter hominibus. Et ecclesia erant una. Creditores additi sunt Domino magnis numeris. Aegri in vias lati sunt, et in lectis positi sunt sperantes ut Petrus umbra <sup>27</sup>iuxtim ageret et nullos eorum obumbraret. Magna multitudo ex urbibus (ad) Hierosolym venerunt ferentes aegros et eos qui impuros spiritos habuit, omnes rogantes apostolos curationem.

**ET SALVI ERANT, OMNES EORUM!**

## **VII. Supplementary Bible Reading: Acts 5:1-16.**

**Responde Latine.**

1. Quis Petrum et Ioannem a carcere liberare adiuvavit?
2. Quid Sanhedrin facere volebat?
3. Quid nova ecclesia Deum rogabat?
4. Quid creditores pecunia sua faciebant?
5. Quis cum Tito visitabat?
6. Quomodo duo pueri tempus eorum agebant?
7. Qui erant duo de quibus Titus et Beniamen dicebant?
8. Quid fecerant?
9. Quid duobus his factum est?
10. Quid Petrus dicebat de duobus?
11. Quoniam pueri territi sunt, quid Fidelius eis dicebat?
12. Postea, erat-ne sicut Fidelius dixerat?

**VIII. Titus Livius**, also known as Livy, wrote the history of Rome, *Ab Urbe Condita*, from the founding of Rome in 753 BC through the reign of Augustus. He was a true republican, wanting the Roman Republic to be restored, just like Cicero did.

His style of writing is both narrative and chronological, separating parts of his work by marking the election of consuls, which was the custom at that time.

### **Who's who?**

**Aeneas**, a Trojan, who came to Italy with his Trojan forces.

---

<sup>26</sup> *caused.*

<sup>27</sup> *iuxtim, nearby.*

**Trojans and Natives** (Aborigines) who become the Latins  
**Latinus**, the king of the Latin people, with his Aborigines came to stop the Trojans from taking booty.  
**Lavinia**, daughter of Latinus, originally promised to Turnus, but then given to Aeneas  
**Turnus**, king of the Rutulians

**This passage:** Turnus declares war. The death of Latinus. Turnus seeks aid from the Etruscans. Aeneas unites the Trojans and Natives under the name of Latins. He is slain in his hour of victory.

Bello deinde Aborigines Troianique petiti sunt. Turnus, rex Rutulorum, cui Lavinia pacta fuerat ante adventum Aeneae, simul Aeneae Latinoque bellum intulit.

Neutra acies laeta ex eo certamine abiit; victi sunt Rutuli, victores Aborigines Troianique ducem Latinum amiserunt.

Inde Turnus Rutulique ab Etruscis auxilium petunt.

Tam potens eo tempore Etruria erat, ut fama nominis totam Italiam implevisset. Adversus tanti belli terrorem Aeneas vult animos Aborigines sibi conciliare. Itaque ab nomine regis mortui utram gentem Latinos appellavit. Nec deinde Aborigines Troianis studio ac fide erga regem Aeneam cesserunt. Fretus his animis duorum populorum, in dies magis colaescentium, Aeneas copias in aciem eduxit. Victi sunt Etrusci, sed Aeneas ipse in proelio interfectus est.

## The Fox and the Lion

### Vulpes et Lea

Lea, illusa a vulpe, “ de semper pariente unum, dixit, “Unum, sed leonem.”

### Recognition Vocabulary

**illusa**, *being mocked*

**lea, leae**, f., *lioness*

**vulpes, vulpis**, f., *fox*

# Hercules!



## Defeat of the Amazons

Diu et acriter pugnatum est<sup>29</sup>. Tandem tamen ad solis occasum magna commutatio rerum facta est, et mulieres terga verterunt atque fuga salutem petiverunt. Multae autem vulneribus defessae, dum fugiunt, captae sunt. In quo numero ipsa erat Hippolyte. Hercules summam clementiam praestitit, et postquam balteum accepit, libertatem omnibus captivis dedit. Post haec socios ad mare reduxit et, quod non multum aestatis supererat in Graeciam profixi maturavit. Navem igitur conscendit et, tempestatem idoneam nactus, statim solvit. Antequam tamen in Graeciam pervenit, ad urbem Troiam navem appellere constituit; frumentum enim quod secum habebat iam deficere ceperat.

## The Story of a Sea Serpent

Laomedon quidam illo tempore Troiae regnabat. Ad hunc Neptunus et Apollo anno superiore venerant et, quod Troia nondum moenia habebat,<sup>30</sup> ad hoc opus auxilium obtulerant. Postquam tamen horum auxilio moenia confecta sunt, nolebat Laomedon praemium quod proposuerat persolvere (*to pay*).

Neptunus igitur et Apollo, ob hanc causam irati, monstrum quoddam miserunt specie horribili. Troiani igitur, timore perterriti, in urbe continebantur<sup>31</sup>, et pecora omnia ex agris intra muros compulerant.

Laomedon, his rebus commotus, oraculum consuluit. A deo autem iussus est filiam Hesionem monstrum obiecere.

## The Rescue of a Princess

Laomedon<sup>32</sup>, ubi hoc responsum renuntiatum est, magnum dolorem percepit. Sed tamen, quod cives suos tanto periculo liberare volebat, oraculo<sup>33</sup> parere constituit et diem sacrificio<sup>34</sup> dixit.

Sed, sive casue sive consilio deorum, Hercules tempore opportunissimo Troiam attingit; <sup>35</sup> ipso enim temporis puncto quo puella catenis vincta ad litus deducebatur ille navem appulit.

Hercules, e nave egressus, de rebus quae gerebantur<sup>36</sup> certior factus est. Tum, ira commotus, ad regem se contulit et auxilium suum obtulit.

<sup>28</sup> A Placeholder, not to be used without copyright permission.

<sup>29</sup> *the battle was long and fierce; literally, it was fought long and fiercely.*

<sup>30</sup> Purpose clause.

<sup>31</sup> *were confining themselves.*

<sup>32</sup> The name of the king.

<sup>33</sup> Dative after **parare**.

<sup>34</sup> Dative of purpose.

<sup>35</sup> The phrase **ipso temporis puncto quo** may be translated *at the very moment when*.

Rex libenter eius auxilium accepit. Deinde Hercules monstrum interfecit et puellam, quae iam omnem spem salutis deposuerat, in comum ad patrem reduxit. Laomedon magno cum gaudio filiam suam accepit, et Herculi pro tanto beneficio meritam gratiam rettulit.

---

<sup>36</sup> *was informed; literally, was made more certain.*

